

Johann Bacmeister

Programma In Obitum ... virginis, Angelae Voigts/ Ornatissimi Viri/ Caspari Voigts/ ministri Academiae per multos annos ... filiae desideratissimae Ciu iusta fient hodie hora prima in templo Jacobaeo

Rostochi[ij]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174626>


Druck Freier  Zugang




Bacmeister, J.,

in A. Voigt

Rost. 1629.





Programma
IN OBITUM
Honestissima & Pudicissima virginis,
ANGELÆ

VOIGTS /
ORNATISSIMI VIRI,
CASPARI Voigts / ministri Aca-
demix per multos annos fidelissimi & No-
tarij solertissimi filix desideratissimæ

*Cui iusta sient hodiè hora prima in tem-
plo Jacobeo.*



ROSTOCHI
Exscripsit typis JOACHIMUS PEDANUS Acad. Typ.
Anno cl^o 1^o CXXIX.

ANGELMUS

CASPARI
Cuiuslibet
de re
liber
Cuiuslibet
de re
liber



Rostock
Exscriptis Johannis Bedmann Acti 1717
Anno 1717



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOANES
BACMEISTERUS,
Philosph. & Medic. Doct ac
Professor.



Terum nobis specu-
lum humanæ fragilita-
tis & miseræ exhibet,
honestissima & pud-
icissima virgo ANGE-
LA Voigtis / ministri
Academix nostri per multos annos fi-
delissimi CASPARI Voigtis filia
dilectissima, quam ipsi peperit con-
A 2 junx

junx carissima ELISABETHA
HARTWIGES Anno 1609. die 30.
Januarij & nudiustertius intra 5. & 6.
matutinam, annum agens 21. è terrestri
hac ærumnarum & lachrymarum val-
le, in æternas beatarum animarum se-
des, à Deo patre cœlesti, evocata est,
postquam per 10. fermè dies acutissi-
mo morbo correpta, lecto fuisset af-
fixa. A parentibus hisce suis, à primis
incunabulis ad veram pietatem, fidem,
spem ac omnes sexui isti competen-
tes virtutes, accurata & sedula cura fuit
instituta, in iisq; ita jam profecerat, ut
parentibus magno esset solatio, & in re
Oeconomica matrem jam senescen-
tem, laboribus suis domesticis non pa-
rum sublevaret. Nullum igitur dubium
est, quin ^{Philosophia} parentes, ob præma-
turum, uti ipsis fortè videtur, hujus
desi-

ueneratissimæ filia suæ obitum ver-
sentur, cum nullum, ut scripto-
res ethnici putabant acerbius vul-
nus homini infligi possit, quam si sobo-
lem, fati inclementia, abripi conscipa-
tur. Unde Euripides in supplicibus
inquit: *τί γὰρ ἂν μέϊζον, τὸ δὲ πρὶ θνατοῦ πάθῳ, ἐλευθερίᾳ
τίνα θανάτῳ ἢ πρὶδέσασθαι* quem majorem hoc
inter homines dolorem invenias,
quam liberos mortuos intueri? ve-
rum nos lugere ut Christianos decet,
& quantum possumus dolori resiste-
re, & quem evitare non licet, æquo &
patienti animo ferre, ac in Dei volun-
tate, quæ nobis quidem ignota, attamen
injusta esse nequit, acquiescere,
oportet. Nec parum consolationis ex
immortalitate animæ haurimus; quam
ethnici non nulli unâ cum corpore in-
terire, dissipari, deleri, opinati sunt;
cum è sacris edocti sciamus & firmiter
A 3 cre-

credamus eam non mori, sed ex hac vi-
ta in longè meliorem transferri: Non
igitur mortua est ANGELA nostra, cujus
anima jam in manu Dei est; sed dormit
duntaxat & quiescit aliquantulum. Re-
viviscet n. & resurget in gloria non tã
fragili & hac inani, quam vanæ ho-
minum circumferunt auræ; sed in illa
potius, quam nulla circumscriptura est
ætas, nulla deletura antiquitas, nullus
extincturus interitus. Quiescit jam tan-
dem, apud Creatorem suum omni cu-
ra & sollicitudine soluta. Nunc tran-
quilla, nunc beata est, nec tanget illam
amplius ullum tormentum mortis.
Quare posteaquam ex vitæ hujus labo-
ribus evasit, quæ stimulis ac molestijs
corporis & animi nunquam vacat,
nunc fruitur, vera incorruptaque vo-
luptate & gaudio sempiterno, quan-
do-

doquidem coram illum aspiciet, videt
& contemplatur de facie ad faciem, qui
solus fons & origo est totius felicitatis
ac beatitudinis. Corporis vero exu-
via, cum hodie hora prima in dormi-
torium suum sint reponenda, & mœ-
stissimi parentes, honorificam sibi fu-
turam putent, in hisce filia suæ exe-
quii, laudatissimi ordinis Academi-
ci præsentiam, omnes jurisdictioni
nostræ subjectos Professores, Docto-
res, Concionatores, Magistros & stu-
diosam juventutem rogamus & hor-
tamur, ut dicta hora in templo D. Ja-
cobo dicato, haud gravatim conve-
nire, funeris deductioni frequentes in-
teresse, & quod sibi & suis hac in parte
fieri vellent, id alijs quoque præstare
non dedignentur: DEUM quoque
ardentibus votis invocent, ut justissi-
mas

inas peccatorum nostrorum pœnas
clementer mitiget, & in media ira mi-
sericordiæ suæ recordetur, omniaque
mala nobis impendentia benignif-
simè avertat. Public. P. sub Sigil-
lo Rectoratus nostri X I X. Augusti
Anno clō Iō CXXIX.



GK



